UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Feria quarta. Statio ad sanctu[m] laurentiu[m] extra muru[m]. Jntro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

bem. Et nos vobis annūciamus ea que ad p̄res nr̄os repromiſſio facta eſt: qm̄ hanc deus adimpleuit filijs veſtris: reſuſcitans ieſum xp̄m dn̄m nr̄m. Grad. Hec dies. ℣. Dicāt nunc qui redempti ſunt a dn̄o: quos redemit de manu inimici ⁊ de regionibus cōgregauit eos. Alla. ℣. Surrexit dn̄s de ſepulchro: q pro nobis pepēdit i ligno.

Scd̄m lucam .xxiiij. capitulo.

In illo tp̄e: Stetit ieſus in medio diſcipulorum ſuorum: ⁊ dixit eis: Pax vobis. Ego ſum. Nolite timere. Cōturbati vero ⁊ cōterriti exiſtimabant ſe ſp̄m videre. Et dixit eis: Quid turbati eſtis: et cogitationes aſcendūt in corda veſtra? Uidete manus meas ⁊ pedes meos: q: ego ipſe ſum. Palpate ⁊ videte: q: ſpiritus carnem ⁊ oſſa non habet: ſicut me videtis habere. Et cū hoc dixiſſet: oſtendit eis manus ⁊ pedes. Adhuc autē illis non credentibus: ⁊ mirātibus pre gaudio dixit. Habetis hic aliquid qd̄ manducetur? At illi obtulerunt ei partē piſcis aſſi ⁊ fauū mellis. Et cum mādu caſſet coram eis: ſumens reliquias dedit eis: ⁊ dixit ad eos Hec ſunt verba: que locutus ſum ad vos: cum adhuc eſſem vobiſcū: qm̄ neceſſe eſt impleri oia que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ pphetis ⁊ pſalmis de me. Tūc aperuit illis ſenſum vt intelligerēt ſcripturas. Et dixit eis: Qm̄ ſic ſcriptum eſt. Et ſic oportebat pati xp̄m: et reſurgere a mortuis die tertia ⁊ predicari in noīe eius penitentiā in remiſſionē pctōrum in oēs gentes. Offert. Intonuit de celo dominus: ⁊ altiſſimus dedit vocē ſuā ⁊ apparuerūt fōtes aquarū multarum alla. Secreta.

Suſcipe dn̄e fidelium preces cum oblationibus hoſtiarū: vt per hec pie placatiōis officia: ad celeſtē gloriā tranſeamus. Per. Cōio. Si cōſurrexiſtis cum chriſto: que ſurſum ſunt querite alla: vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens: q̄ ſurſum ſunt ſapite alla. Poſtcōmūio.

Concede q̄s ops̄ deus: vt paſchalis perceptio ſacramenti: continua in noſtris mentibus pſeuerat. Per. Feria quarta. Statio ad ſanctū laurentiū extra murū. Intro.

Venite bn̄dicti patris mei percipite regnū alla: qd̄ vob paratū eſt ab origine mundi alla alla alla. Ps. Cātate dn̄o canticū nouū: cantate dn̄o oīs terra. ℣. Gloria patri et fi. Oratio.

DEus q̄ nos reſurrectio
nis dn̄ice annua ſolēni
tate letificas: cōcede ꝓpitius:
vt ꝑ tēporalia feſta q̄ agim⁹:
ꝑueīre ad gaudia eterna me
reamur. Per eū. Ab hac die
vſq; ad oct. poſt oratōez diei
dicit᷑ oro. Eccl'ie tue. fol. 221.
vel Deus oīum fide. fol. 221.
Lectio actuū apl'oꝝ. iij. cap'lo

IN dieb⁹ illis: Aperiens
petr⁹ os ſuū dixit. Uiri
iſraelite: ⁊ qui timetis deum
audite. Deus abraam: ⁊ de⁹
yſaac: ⁊ deus iacob: deus pa/
truꝫ noſtroꝝ glorificauit filiū
ſuum ieſum: quem vos q̄dem
tradidiſtis ⁊ negaſtis ante fa
ciem pilati: iudicante illo di,
mitti. Uos autē ſanctum ⁊ iu
ſtum negaſtis ⁊ petiſtis virū
homicidaꝫ donari vobis: au,
ctorem vero vite interfeciſtis
quem deus ſuſcitauit a mor/
tuis: cuius nos teſtes ſumus.
Et nunc fratres ſcio: quia per
ignorātiā feciſtis: ſicut ⁊ prin
cipes veſtri. Deus auteꝫ qui
prenūciauit per os omniū ꝓ,
phetarū: pati chriſtū ſuū im/
pleuit ſic. Penitemini igitur
⁊ conuertimini: vt deleantur
veſtra peccata. Gra. Hec dies
quam fecit dominus. ⁊c. ℣. De/
xtera domini fecit virtutē: dexte,
ra domini exaltauit me. A llā.

℣. Surrexit domin⁹ vere: ⁊ ap/
paruit petro. Scdm ioannem.

IN illo tēpore: xxj. cap.
Manifeſtauit ſe iterum
ieſus diſcipulis ſuis ad mare
tyberiadis. Manifeſtauit aūt
ſic: erant autem ſimul ſimon
petrus ⁊ thomas: qui dicitur
didym⁹: ⁊ nathanael: q̄ erat a
chana galilee: ⁊ filij zebedei:
⁊ alij ex diſcipulis eius duo.
Dicit eis ſimon petrus: vado
piſcari. Dicunt ei: Uenimus
⁊ nos tecum. Et exierūt: ⁊ a,
ſcenderūt in nauim: ⁊ illa no
cte nihil prendiderunt. Ma
ne autem facto ſtetit ieſus in
littore: non tamen cognoue,
runt diſcipuli: quia ieſus eſt.
Dicit ergo eis ieſus. Pueri:
nunquid pulmentarium ha/
betis? Reſpōderunt ei: Nō.
Et dixit eis. Mittite in dexte
ram nauigij rethe: ⁊ inuenie
tis. Miſerunt ergo: ⁊ iam nō
valebāt trahere pre multitu,
dine piſciuꝫ. Dicit ergo diſci,
pulus ille: quem diligebat ie
ſus petro. Dominus eſt. Si/
mon ergo petrus: cū audiſſet
quia dominus eſt: tunica ſuc/
cinxit ſe: erat enim nudus: et
miſit ſe in mare. Alij autē di/
ſcipuli nauigio venerūt. Nō
enim longe erant a terra: ſed
quaſi cubitis ducentis trahē,

tes rethe piſcium. Ut ergo de
ſcenderunt in terraz: viderũt
prunas poſitas ꝛ piſcez ſuper
poſitum: ꝛ panem. Dixit eis
ieſus: Afferte de piſcibꝰ quos
prendidiſtis nunc. Aſcendit
autem ſimon petrus: ꝛ traxit
rethe in terram plenum ma/
gnis piſcibus centũ quinqua
gintatribꝰ. Et cũ tanti eſſent
non eſt ſciſſuz rethe. Dixit eis
ieſus: Uenite prãdete. Et ne/
mo audebat diſcumbentium
interrogare eum: tu quis es?
ſciẽtes quia dominus eſt. Et
venit ieſus: ꝛ accepit panem:
ꝛ dedit eis: ꝛ piſcez ſimiliter.
Hoc iam tertio manifeſtatus
eſt ieſus diſcipulis ſuis: cum
ſurrexiſſet a mortuis. Offert.
Portas celi aperuit dominꝰ; et
pluit illis manna vt ederent: pa/
nem celi dedit illis: panẽ angelo
rũ mãducauit homo alľa. Sec.
SAcrificia dñe paſchali/
bus gaudiis imolamus
quibus mirabiliter paſcitur
eccleſia tua: ꝛ nutritur. Per.
Coio. Chriſtꝰ reſurgẽs ex mor/
tuis iaz non moritur alľa: mors
illi non dominabitur alľa alľa.
AB omni nos Poſtcõio
quesumus domine ve/
tuſtate purgatos: ſacramenti
tui venerãda perceptio in no
uaz trãſferat creaturã. Qui.

Feria quinta. Statio ad ſcõs
duodecim apľos. Introitus.
VIctricem manũ tuaz
domine laudauerũt
pariter alľa: ſapiẽtia
aperuit os mutum ꝛ
linguas infantium fecit diſertas
alľa alľa. Ps. Cantate dño canti/
cuz nouũ: qui mirabilia fecit. V.
DEus q Oratio. Gloria.
diuerſitatem gentiũ in
confeſſione tui nominis adu/
naſti: da vt renatis fonte ba/
ptiſmatis vna ſit fides mẽtiũ:
ꝛ pietas actionuz. Per dñm.
Lectio actuũ apľoꝝ. viii. cap.
IN diebꝰ illis: Angelus
domini locutꝰ eſt ad phi
lippum dicẽs: Surge ꝛ vade
contra meridianum ad viam
que deſcendit ab hieruſalem
in gazã hec eſt deſerta. Et ſur
gẽs abiit. Et ecce vir ethiops
eunuchus potens cãdacis re
gine ethiopũ: qui erat ſup oẽs
gazas eiꝰ venerat adorare in
hierľm. Et reuertebat ſedẽs
ſuper curꝛ ſuũ: legẽſq ysaiã
pphetaz. Dixit aũt ſpũs phi/
lippo. Accede ꝛ adiũge te ad
currũ iſtũ. Accurrens autem
philippus: audiuit illũ legẽtẽ
ysaiã pphetã. ꝛ dixit. Putas
ne intelligis que legis? Qui
ait. Et quõ poſſum: ſi aliquis
nõ oſtenderit mihi? Rogauit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN